



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

113. Instantibus Procuratoribus &c. Decretum de Ejectis, & Ejiciendis,
auctoritate Sanct. D. N. Innocentii PP. XII. editum die prima Martii 1693

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](#)

literasque testimoniales gratis concedendas obtentæ
absolutionis, dispensationis, condonationis, re-
missionis, ac impunitatis habere procurent. Is
vero, qui ad aliam Religionem transire voluerint,
competens terminus quatuor, mensum à die ob-
tentæ absolutionis inchoandus ad inveniendos bene-
volos Receptores concedatur ab eo, à quo recon-
ciliati fuerint; quo termino durante, sub obedi-
entia, directione, & respectivè Jurisdictione illius
Ordinarii, sive alterius ex praedictis Superioribus,
cui se presentaverint, ne vagi discurrant, rema-
nere debeant, cōque elapsò, nec alio benevolo
Receptore invento, statim ad propriam Religionem
redire teneantur, alias habeant pro Aposto-
tis recidivis, & subjectis eisdem poenit. contra
Apostatas per Sac. Canones, Constitutiones Apo-
stolicas infictis. Irregulares autem ex aliis deli-
ctis præter expressa, iisdem Irregularitatibus rema-
nant obnoxii, nisi postea ab Apostolica Sede ob-
correctos, & emendatos maxime mores, secun-
dum Ordinariorum, & proprii cuiusque Ordinis
Superiorum atleta tiones, fuerint dispensati. Agno-
cant autem Apostate, & Fugiti vi ita reconciliati,
juxta monita Sanctorum Patrum, quam diuturnam,
acerbamque pœnitentiam, secundum Sac.
Canones, agere oportet pro tot, tantisque scel-
eribus, studeantque ingenti contritione, fletu, &
planctu, aliisque animi, corporisque macerationi-
bus, sed non veniam, largiente Domino, disponere,
ut absolutionem à censuris, dispensationem res-
pectivè ab Irregularitatibus, & absolutionem peccatorum
Sacramentalem dignè, & salubriter con-
sequi valeant. Deinde vero haud statim, sed inter-
posita convenienti mora, ac previa novæ vi-
tae conversatione, veterum peccatorum reliquias
per actus veræ pœnitentiae eluere satagant, prius-
quam Eucharistia Sacramentum fumant, vel ad
Ecclæsticos Ordines administrandoz ii, qui su-
per Irregularitate dispensati fuerint, accedant. Sic
autem reconciliatos, si ad propriam Religionem
revertantur, illorum Superiores benignè recipiant,
ac paternè, & charitatibz amplectantur, & tra-
tent, ac nisi alia criminis, præter Apostasiam à
Religione, vel à Fide Catholica in hæresim, &
violationem censurarum, ut præfertur, patrav-
erint, juxta eorum pœnitentia fructus, & merita,
etiam ad honores, gradus, locum, & voces re-
stituant, eisdem à nemine objurgata anteactæ vi-
tae memoria, circa quos, ut S. Gregorius moner-
it amor sed non emolliens, sit rigor, sed non
exasperans, sit zelus, sed non immoderatè seviens,
sit pietas, sed non plusquam expedit, parcens.
Quoad illos vero, qui ad aliam Religionem etiam
laxiorem transire voluerint, eadem Sacra Congre-
gatio hortatur in Domino Ordinum Superiorum ha-
bentes facultatem recipiendi ad habitum, & pro-
fessionem, ut eos recipient, & post peractum prob-
ationis annum, ad professionem admittant, ad
quem effectum Sanctissimi Domini Nostri Papæ
auctoritate Superioribus cunctis necessarias omnes
facultates impertitur, derogando omnibus Constitutionibus tam Apostolicis, quam proprii cuiusque
Ordinis, ac si de eis hic expressa mentio facta esset. Datum Romæ die 24. Julii 1694.

G. Card. Mariscottus Pro-Præfetus.

Loco + Sigilli.

R. Pallavicinus Sac. Congr. Concilii Secr.

Die 30. Julii 1694. supradictum Decretum affi-
xum, & publicatum fuit ad valvas Curia in Acie
Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis
per me Sebastianum Vassallum SS. D. N. Papa Cur-
forem.

Pro Domino Magistro Cursorum
Gregorius Staggius Apost. Curs.

Decretum de Ejectis, & Ejiciendis, auctoritate San-
ctissimi D. N. INNOCENTII PP. XII. editum
die prima Martii 1693.

CXIII.

Mitigatur
forma a-
lias pra-
scripta sub
Urb. VIII.
pro ejici-
endis Re-
gularibus
incorrigi-
bilibus

Istantibus Procuratoribus Generalibus Religio-
rum Ordinum pro moderatione Decretorum
de Apostatis, & Ejectis editorum à Sacra Congre-
gatione Concilii, & à san. mem. Urbano Pa-
pa VIII. anno 1624. confirmatorum, ut facilior
modus Incorrigibilis ejiciendi præscribatur, Sacra
Congregatio a Sanctissimo Domino Nostro INNO-
CENTIO PAPA XII. super præmissis particulariter
deputata Eminentissimum S. R. E. Cardina-
lium Carpini, Casanate, Mariscotti, de Norfolcia,
de Laurea, de Aguirre, & Colloredi, perpensis
eorumdem Procuratorum Generalium votis, ne
consortio morbidarum pecudum cæteræ corrum-
pantur, & remedia hucusque ad sanitatem oblate
male affectis officiant magis, quam profint, ma-
turo examine, zelo Regularis disciplinae confer-
vanda, censuit, statuit, & auctoritate ejusdem
Sanctissimi Domini Nostri sibi specialiter attribu-
ta, hæc imposterum servanda decrevit.

I. Quod firmis, ac in suo robore semper man-
tentibus prædictis Decretis de Apostatis, etiam
secundum eam partem ubi agitur de Ejectis, &
Ejiciendis, tamquam Sacris Canonibus, & com-
muniori SS. Patrum menti conformibus quad
Ejectis eadem serventur, quæ in alio simili De-
creto hac præsenti die emanato de Apostatis, &
Fugitiis ita sunt, & inducta; Quodque ad
præscriptam legem san. mem. Gregorii IX, in C.
final de Regul. annuatim Fugiti vi requirantur,
& respectivè cogantur ad Claustra reverti.

II. Quod annus integer, qui in prædictis De-
cretis anni 1624. præscribitur in pœnitentia, &
jejunio ad ejiciendos Incorrigibilis, ad sex tantum
mensis continuos in posterum coarctetur, & re-
stringatur.

III. Quod facultas Generalibus Ordinum de
confilio, & a sensu sex ex gravioribus Religiosis
in singulis Capitulis, Congregationibus Generali-
bus ad Caulas Ejicendorum eligendis, attributa;
extendatur etiam ad quoscumque Provinciales,
qui electi pariter in Congregationibus Provinciali-
bus sex gravibus ex propria Provincia Religiosis à
Generali confirmandis, de illorum confilio, &
a sensu Causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum
ejiciendi Incorrigibilis suæ Provinciae, & Ejec-
tionem pronunciandi, accedente approbatione Gene-
ralis, definiunt, salvâ semper Sanctæ Sedis, &
S. Congregationis Concilii in casu recursus, &
appellacionis auctoritate.

IV. Quod in posterum Processus confiantur
juxta Regulas, Constitutiones, Ordinationes, &
Stylum cuiusque Ordinum, & Religionis, donec
aliter fuerit à Sacra Congregatione provisum.

V. At quia nimis sine delictu facilitas recipien-
di quoque Religionis ingressum petentes, &
à Religione forsitan alienos, duram satis tractu
temporis necessitatem parit eosdem è Claustris ejici-
endi, ne hujusmodi semina, quæ à principio
ad fructum faciendum cadunt in terram bonam,
paulatim contaminata inordinatis moribus usque
ad incorrigibilitatem succrescant in paleas, ea-
dem Sacra Congregatio, annuente Sanctissimo
Domino Nostro sub intermissione Divini Judi-
cii, nec non privationis vocis activæ, & passi-
væ, ac Dignitatum, & Officiorum obtento-
rum, cum inhabilitate ad eadem imposterum
obtinenda, quibuscumque prædictorum Ordinum
Superioribus districte præcipit, & mandat, omnia,
& singula Decreta san. mem. Clementis VIII.
registerata post Decretum san. mem. Urbani VIII.
de Apostatis, & Ejectis incipiens Regularis San-

ctissimus,

ANNO
1694.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

285

ANNO
1696.

diffimus, & Nullus, unā cum aliis subsequentibus Decretis, provisionibus, ordinationibus, & respectively moderationibus, bis in anno legi, eadem ad unguem servari, penas in eisdem contentas innovari, & Capitibus Ordinum intimari, ne hujusmodi Decretorum transgresores, qui in lege gloriantur, per praevaricationem legis Deum inhonorent; & ne milicia Christi adscripti tam de facili fiant desertores, ac profugi.

Datum Romæ die 24. Julii 1694.

G. Card. Mariscottus Pro-Præfetus.

Loco + Sigilli.

R. Pallavicinus Sac. Congr. Conc. Secr.

Die 30. Julii 1695. Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie, in acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Sebastianum Vasellum SS. D. N. PP. Curforem,

Pro D. Mag. Curs. Gregorius Staggius
Apost. Curs.

CXIV.

Novus, & peremptorius terminus Apostatis, Fugitivis, & Ejectis à Sanctissimo Domino Nostro INNOCENTIO PAPA XII. concessus.

Apostatis prorogatur terminus ad redendum.

*S*anctissimus Dominus Noster Innocentius Papa XII. Apostolica commiseratione motus, Apostatis, sive à Fide, sive à Religione, & Fugitivis, vel Ejectis, qui post decretum editum die 31. Julii anni 1694. adhuc profugi, & contumaces perseveraverint, vel idem Decretum quoquo modo ignoraverint, vel benevolos receptores nondum invenerint, novum hoc Decreto ad alios sex menses à die publicationis ejusdem decurrentes absque spe ulterioris prorogationis, & novi termini, concessit terminum, intra quem miserante Domino, salubriter sibi consulere possint. Datum Romæ die 6. Augusti 1695.

Die 14. Augusti 1695. Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie, & in acie Campi Flora, ac ad valvas Magna Curie in Monte Citorio, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam Orlandum ejusdem Sanctiss. D. N. PP. Curforem.

CXV.

Novus, & peremptorius terminus Apostatis, & Fugitivis à Sanctissimo Domino Nostro INNOCENTIO XII. concessus.

Alia Prorogatio.

*S*anctissimus Dominus Noster Innocentius Papa XII. Apostolica commiseratione motus, Apostatis, sive à Fide, sive à Religione, & Fugitivis dumtaxat, qui ante Decretum editum die 31. Julii Anni 1694. apostataverint, ac post dictum Decretum, & prorogationem sex mensium concessam die 14. Augusti 1695. adhuc profugi, & contumaces perseveraverint, vel idem Decretum, ac prorogationem quoquo modo ignoraverint, aut benevolos Receptores nondum invenerint, novum hoc Decreto ad alios sex menses à publicatione ejusdem decurrentes, absque spe ulterioris prorogationis, & novi termini, concessit terminum, intra quem miserante Domino, salubriter sibi consulere possint. Datum Romæ hac die 15. Decemb. 1696.

J. Card. Sacripantes Sac. Congreg. Concil. Præf.

F. Nuptius Sac. Congr. Concil. Secr.

Die 14. Decembris 1696.

Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Magna Curie Innocentiane; in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam Orlandum Apost. Curforem.

NOTIFICATIONE.

PER parte dell'Illustriss. & Reverendiss. Monsign. Carlo de Marini Protonotario Apostolico dell'una, e l'altra Signatura Referendario, e della Reverenda Camera Apostolica Generale Auditorie, Si notifica effere mente precisa di Nostro Signore comunicatagli à bocca, che per occasione della presente andata, che la Santità Sua è per fare à Netuno, non si sospenda in alcuno de Tribunali l'Amministrazione della Giustizia, mà si facciano da per tutto le solite funzioni, e tutto quello che si farebbe, se Sua Beatitudine fosse presente. Dalla Curia Innocentiana, questo di 20. Aprile 1697.

Carlo de Marini A. C.

DECRETUM GENERALE.

CUM Sac. Rituum Congregationi innotuerit quamplures abusus irrepsili circa recitationem Officii sub prætextu Decreti ab eadem Congregatione evulgati de Anno 1630. & in Breviario Romano impresi, in quo permititur posse in Ecclesia recitari Officia, & Missas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, aut Reliquiae insignes in ea asservantur: Eminentissimi Patres eidem Sac. Congreg. Praepositi iisdem abusibus evellendis præcipue intenti, inherendo Decretis alias in similibus editis, declararunt predicta Officia Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiae recitanda, intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiae insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: De ceteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à Sancta Sede non fuerit specialiter conceleatum, Officia recitari, & Missas celebrari, veterunt, non obstante, quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiae in Ecclesiis asserventur: Quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatibz debitam Fidelium venerationem (prout haecen servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio, & Misla, sub penitie de non satisfaciendo precepto recitandi Officium, aliisque in Constitutione B. Pii V. contentis, Die 11. Augusti 1691.

Et facta de prædictis Sanctissimo per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua hujusmodi Decretum approbat, ac, ut debite exequitioni demandetur, locorum Ordinariis injungendum esse præcepit. Die 19. Octobris ejusdem Anni 1691.

A. Episc. Ostien. Card. Cybo.

Loco + Sigilli.

J. Vallemanus Sac. Rit. Congreg. Secret.

DECRETUM.

ET si secundum regulas Breviarii Romani cum plura Festa aequalia in ritu transferenda sunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus; atamen quia Anno 1690. ab hac Sac. Rituum

Congre-

CXVI.

Tribunalia continuant etiam proficie-
cente Pontifice Nep-
tunum.

CXVII.

Reliquia-
rum titulo
celebrari
nequeunt
Missa, &
Officium
si non sint
de Sanctis
descriptis
in Marty-
rologio.

CXIX.

De Festivi-
tate An-
nunciatio-
nis occur-
rente in
majori
Hebdoma-
da.